neus Ghisberti electi etiā apud ipsum ducē institit
multū pro pace componēda sed nequiuit.

De introductione David in aliqibus oppidis
et castris territorij Traiecten. Ca. 44

1 ex oppidis Amersfordie et Rene cum illis q[ui] recesserant a Traiecto

Anno dni M CCCC lvi cum Philippus dux impetrasset provisionem episcopii Traiecten[sis] pro David filio suo quidam[1] a Traiecto venerunt in Hagam comitis ad Philippum ducem et David filium suum et intantum conspiraverunt cum ipsis ut idem David

Borselen

Brurdam do.

de beneplacito et assensu patris sui mitteret cum eis Adrianum de Borsalia dnm de Brurdam pro occupatione duorum predictorum oppidorum. quibus gestis

Eyst

Everardus vander Eyst castellanus in Horst

impignoratio de Horst.

qui ipsum castrum sibi impignoraverat pro summa septem milium florenorum Rhenensium dixit ad Adrianum prefatum, quod si sibi redderet[2] predicta sua ipsa castrum Horst traderet sub dominio et potestate ipsius David. Quod et ita factum est postea Deinde aliquo tempore elapso David veniens in Rene receptus fuit et homagiatus ibidem ut eps et dns Traiecten. Eodem etiam modo recipitur in Amersfordia

De intronizatione David epi Ca 45.

Eodem vero anno Philippus dux civitatem Traiecten cum virtute magna disponens expugnare intraverunt oppidum Leydense in festo Marie Magdalene. Deinde dux idem perrexit Woerden et deinde venit Ysselstein. Ubi dum esset venerunt ad eum

Johannes

Johannes comes de Stampys, Antonius Bastardus Stampys co
Philippi ducis cum magno exercitu congregato ex Flan-
dria Pickardia, Hannonia, et Brabantia Johannes
vero dux Clivensis cepit iterum tractare de pace com-
ponenda veniens Traiectum, et ex parte Philippi ducis
obtulit multa domino electo pro resignatione suę electio-
nis. Porro Ghisbertus electus caute considerans Phi-
lippum ducem nimis prepotentem existere et iam oppida
et castra David esse subiecta, ac sibi multa oblata
fuisse per ducem Clivensem cepit auscultare et rem
tractari tradere. Ea propter ut omnia bene ratificarentur
misit cum Johanne duce Clivię consulatum suum scilicet
Reynaldum dominum de Brederode fratrem suum Henricum
Bertheranum de Mathoeet Jacobum de Nieuelt
Johannem de Renes dominum de Wlue, Johannem Pro-
Procus decanum, et Jacobum Procus fratrem eius
ad Philippum ducem in Hesten. Pax ergo componitur
et promulgatur in hunc modum Quod Ghisbertus
electus cederet suę electioni et maneret deinceps ar-
chidiaconus Traiectensis sicut prius. Insuper et haberet
preposituram sancti Donatiani in Brugis atque ad vitam
maneret

qbus reconcilietur eccl[es]ie et sedat dicto — maneret consul Hollandie cum duplici stipendio.
Ac etiam quod omni anno ad vitam suam haberet
ex capitulo Traiecten summam quatuor milium et du-
centorum florenorum Rhenensium. Igitur pro expensis
(margin: qbus reconcilietur eccl[es]ie et sedat [illegible]) suis factis in curia Romana ac alibi attribuebant
sibi semel quinquaginta milia leonum bone monete
ex auro, et de his omnibus efficitur fideiussor
Johannes dux Cliuensis. Sub tali ergo conditione
Philippus dux cum David filio suo et ceteris
principibus intrant ciuitatem Traiecten cum mag-
no gaudio ipso die S. Laurentij. Iurauit etiam
pontifex David seruare iura et plebiscita Traiecten
secundum antiquam consuetudinem. Igitur post dies octo
Philippus dux commisit ciuitatem Traiecten Reynaldo
domino de Brederode, Ghisberto archidiacono fratri suo
regendam et ipse perrexit Dauentriam cum suo exer-
citu. David vero eps se transtulit ad castrum Horst.
Cum hec exarata fuissent anno 1456 obijt dux
Philippus Burgondie comes Flandrie Hollandieque
anno 1467. 15 Junij. etatis sue anno 73.
et reliquit heredem filium Karolum sibi in omnibus
succedentem. qui dux Karolus occisus in obsidione
Nanci A° 1477.

De homicidio perpetrato per Walramum bast. de Bred Ca 56

Anno dni M CCCC lvii rectores oppidi Haerlemensis volentes extorquere excisiam de clero et sacerdotibus eiusdem oppidi missi sunt Amersfordiam ad David epm Nicolaus de Speren burgimagister, et Gherardus de Noertwijc scabinus Haerlemen. ac Wilhelmus Paeds secretarius oppidi predicti, ut mandatum adversus clerum Haerlemense super premissa ab eodem antistite obtineret. Cumque venissent sup Biltam, ecce apparuit contra eos Walramus bast. Reynaldi dni de Bred cum equis, et satellitibus suis et interfecit (ignorante patre suo) Nicolaum burgimagistrum et Gherardum scabinum predictos. Erat enim eis iritatus idem bastardus eo quod sibi contumeliam, et violentiam intulerant in Zantfordia sup mare in dnio de Bred patris sui, Pacificat. at homo homicidium post decem annos per eundem Walramum.

De guerra inter Traiecten et Amersfordien Ca 57

Anno etiam eodem magne discordie surrexerunt int Traiecten et Amersforden. Quare Traiecten exierunt versus Amersfordiam molestantes oppidum valde. Quod cum eps cognovisset intravit Amersfordiam quo intrante Traiecten recesserunt ab oppido et tandem pax e firmata int eos

Pe 9

de c͡obsidia postu
mt Dauid epm
et Reynaldum Bred.
dnm Ca 58

Anno dm̄ lx Johannes dn̄s de Lannoy vicecomes Hollandie pace firmā coposuit inter Dauid epm̄ Traiecten cū suis amicis ex vna et ciuitate Traiecten ~~cū~~ Ghisbertum archidia et dnm de Bred fratre eius, Henricum burchgrauiū Montfordie cū suis amicis partibus ex altera. Cum ergo sic amicicia per aliqs annos seruassent. Petijt vna dicew epūs Dauid Reynaldum dnm de Bred. vt sibi operosus auxiliator fieri vellet ad obtinendū per totā diocesi vnū brasdenariū sup iugera agrorum: qm annuit quātū in se fuit. Et cū periculum propterea instaret tumultuantis vulgi hoc impedire intentis rogauit vlterius ille pontifex vt dn̄s de Breder. secū duceret de Viane quadrigentos viros armatos ad resistendū sediciosis hoībus Quod et pnominatus dn̄s fecit, et epūs obtinuit quod concupiuit. Deinde cū magister Reyneris factus esset consul epa Traiecten venit ide magr̄ vna dicew ad dnm de Bred et archim. fratre eius dicens eis Ecce dn̄i mei alias dn̄s meus Antistes habuit relatione meū de nobilitate personar vestrarū et asseruit si totaliter posset inniti super vestra prudentia, et potestate gratum sibi esset bn̄ confert et quosdam a se mittere decerneret. Dm vero ei responderunt dicentes ~~pot~~ est vtiqz confidere in nobis si nos possimus confidere in ipso. Itaqz cū pmisisset ad pstina epi locutus est eis presul verba Reyneri magri antedca.

pludia Dauid epi.

Et cū

Et responderunt dicentes graciosiss(im)e dn̄e pt vlus vr̄a ma-
iestas confidentiā poni in nobis dummō et nos similiter
cōfidere possimus de psona vestra. Cū enī oīa q possim⁹ fe-
cerimus vobis si velletis. tunc ex informatione inimicorū
nostrorū repetere nos a maiestate vestra et inducere su-
per nos emulos nostros potestis, et sic destructi manere-
mus, qui respondit absit vt rem hm̄i faciā. Neq(ue)
hoc fiat: dico enī vobis si sic feceritis nunq(uam) auxilio meo
privati eritis immo sicut fratres meos vos habebo. Ha-
buerunt q(uo)q(ue) magnū gaudiū ad invicē et fuerunt ad tē-
pus quasi amici fidelissimi ad invicē.

Anno dehinc dm̄ M. cccc lxix an festū purificati-
onis Marie David eps convocavit ad se dnm̄ de Bred
et Ghisbertū Arch(idiaconu)m fratrē ei⁹ et cepit cū eis conferre
de malo regimine et statu civitatis et inter cetera
proposuit eis vt sibi auxiliari vellent, quod ipse posset
semel rectores civitatis ponere ad placitū suū. Et
fecerunt sic. Posuit ergo eps illo anno rectores q(uo)s
vellet, qd nunq(uam) antea in Traiecto fiū est dinoscitur
Post tres vero dies convocavit rectores modernos ad ca-
merā suā in p̄sentia dm̄ de Bred et Ghisberti arch(idiacon)i
ac magri Reyneri et dixit eis Habeatis debitū respe-
ctū ad vtilitatē civitatis et civitatis Traiecten et

in dub-

cetera sic acta sunt postea

primū eps David eligit administratores reipublice suo nutu

in dubijs tn̄ absens fuero ibitis pro cōsilio ad dnm̄
de Bred et arch^m fratrē eius et faciatis sdm̄ eor
determinationē, et nō aliter. Et post plurima vba
redierunt singuli ad edes sua facientes demceps sdm̄
eorū determinationē et nō alit sicut mādauerat pōsul.
Post paucos vero dies venit Johannes dns de Wass-
dns d Wassenaer delin dit Tra: naer an ciuitate Traiecten̄, vt pertransiendo pgeret
Wyrdorestadū ad epm̄ Dauid. Cuius portarij q̄
rerent vn̄ veniret et quorsū tenderet dx ridiculose
rn̄dit Venio ex Francia et volo ire ad epm̄. Cuius
hoc nūciatū esset Ghisberto arch^io sciēs eum falsum
hic ille sacheme dixisse (de Francia) precepit vt nō intromitteretur
sed per oppidū ciuitatis pergeret Wyrdorestadū. qd
et ita factū est. Sed epūs propterea iratus vocauit ad
se rectores quos in Traiecto posuerat, et eis iniunxit
vt hoc fcm̄ indicarēt consulibus ciuitatis sibi dispħ
cuisse, et quod de cetero talia nō attentarēt. Ghisb^to
aūt arch^o seu dn̄o de Bred frī eius nihil insinuauit.
fecerūt ergo rectores sicut epūs preceperat. Post aliquos
dies dns de Bred veniēs in ciuitate et percipiens
rumores istos perrexit ad pontificē, et dixit ei dn̄e
mi audiui vocatos fuisse rectores ciuitatis ad ma-
iestatē vestra, et qd eadē maiestas nō fuit cōtēta qd
dns de Wassenaer masit alias exclusus a ciuitate
et in hoc mihi videtur erratū fuisse. Nā nup mā-
    iestatis

dictis rectoribus ciuitatis, quod in dubiis haberet re=
cursum ad fratrē meū vel ad me. Debuissetis q̄
nos prius auisasse, et apud nos rectores mētē vestram
exposuisse, et si tunc contrarium fieret merito possetis
irasci. Si ego vel frē meus aliquā facerem⁹ aliqd
quod nō placeret, et hoc nō velletis nobis ītimare
tūc melius nobis esset negotiis vrīs nō implicari, q̄
sic reportare ingratitudinē, quia satis iā habemus.
Rn̄dit presul dnē propter melius ostendi mētem
rectoribus ciuitatis de hac re, qa nō libent̄ habere
q̄d rumores venirēt ad fratrē ducē Karolū, quod
nobiles siue milites excluderet² sine ratione a ciuita=
te mea. Qui rn̄dit benedicitis, sed debuissetis tamē no=
bis prius dixisse, et si tunc aliqua causa subfuisset
eam vtiqꝫ indicassem⁹ dn̄acioni vestrę. Quibus
dictis dn̄s de Bred recessit vrbis parisiis ad ppria.

De occulta cōspiratiōe adu'sus Reinaldū dnm̄ de Bred cap. 49

Anno dn̄i M CCCC lxx incepit persecutio siue ca=
ptiuitas nobilis satrapę Reynaldi dn̄i de Bred. Ver=
ro idē annus reperit² in isto v'su psalmi lxxvii No
sunt occulta a filiis eorū in gn̄atione altera. Multę
igit² fuerūt tribulationes pdicti Reynaldi et suorū
sed de oībus his liberauit eos dn̄s vt patebit ī sequēti=
bus

bus. Nā cū idem Reynaldus dñs Bred iam senio lassꝰ esset quedā diaboli mēbra firmauerūt valde ad illius iā dictū nobilem satrapā, vt eū cū progenie sua tolleret de terra, quia grauis erat eis etiā ad videndū et hoc nō propter aliquas caussas legitimas: nisi tantū propter factiones suas pessimas, quas in corde gerebant. Quamobrē hi pestiferi hoīes adierūt occulte ad KAROLUM ducē comitemꝫ Holl. et ad DAVID epm̄ Traiecten̄ fratrē eius, et diffamauerūt eū callide, cogitātes et ad inuicē dicētes. Nē sint manus nr̄e in eū, sed occidatur a duce nostro et fr̄e suo epō Dauid. Occidamus et nō occidamus, sic occidamus vt nō possi occidisse videamur. Exacuerunt enim tanquā gladiū linguas suas, et firmauerunt sibi sermonē malignū. Dauid igitur epūs nimis credulus verbis p̄dictorū susurronū effectꝰ, satis p̄ceps etiā fuit ad tribulandū illū. Nihilominꝰ tn̄ occulte hoc decreuit incipere, et nō manifeste.

Ca 50 De captiuitate Reynaldi dm̄ de Brederode

Anno dm̄ M CCCC lxx in die sanctorū Martyrum Viti et Modesti, q̄ fuit feria sexta post Penthecosti[?] Reynaldus dn̄s de Brederode om̄i p̄dictorū malorū nescius et ignarus venit Wyckdorestadiū cū quibusdā filiis suis bastardis, et Gherardo de Ryn vt tractaret cū Antistite

cū Antistite de vtilitate Reipublice missus a ciuitate Traiectēn: qui cū Wyrdorestadiū intrasset statim occurrit illi Phillipot vnus de principalioribus ministris epī et dixit ei dn̄s de Bred. Si nō displicuerit oro vt eatis ad dnm̄ nostrū gratiosissimū epm̄ et sciat me hic esse et aliqua velle cū illo conferre: qui cū reuersus fuisset ab epō dixit pontificē corrotare et ideo nō posset loqui cū Antistite. Iuit ergo ad ecclesiā et audiuit deuote missā, qua finita iuit ad suū hospitiū et cepit prandere. Cū ipse ad mēsam sederet Dauid epūs ostendit dnō de Bred signa amicitię magnę (quā tamē in corde nō habebat) quia misit ei cibaria et ferula in magna opulentia vt letus existeret et nequitiā quā habebat in corde minime perciperet. Nā ministeriales epī intrantes hospitiū eius ferabāt scutellam coopertam in qua erat piscis dictus stoer, et alij habebāt amphoras vini presentātes eidē dnō de Bred hec omnia ex parte pontificis. Ipse vero cuncta cū gratiarū actione accipiēs iussit vt ministerialibus propinaretur de vino. Et cū circa finē prandij esset misit idē dn̄s Hermānū de Wy ministrū consulis, quem ad prandiū inuitauerat, et cū eo ad mēsam sedebat. vt per=

Phillipot

Wy

vt perciperet qua hora conuenientius posset loqui cum epo
quem conuenire ait. dns nunc ex quo non est bene dispositus
sumpsit medicinalia, et consultum est ei a medicis quod
post sumptione modicum quiesceret sicut et facit. Quam

(margin: Dauides cautela)

obrem potestis etiam modicum quiescere, et facto modico
interuallo ipse mittet pro vobis. Quod vt Reynaldus
audiuit decreuit et ipse aliquantulum dormire. Interea
Dauid non dormiuit vt eidem nobili dno intimauerat
sed cuncta ad captiuitatem (non ad alicuius nobilis sed
cuiusdam pessimi latronis et nephandissimi proditoris)
que erant necessaria caute disponebat vt patebit.
Transacto igitur vnius hore spacio misit Dauid predictum Hermannum de Wy pro Reynaldo dno de
Bred.. Venit ergo idem dns cum familia sua ad palacium nesciens, quod sibi malum machinaret. Qui cum
ingressus esset et staret ante gradus dixit ei quidam
ex parte epi veniat tecum filius tuus cum Gherardo ffilius
et ceteri maneant inferius. fecit ergo sic et asendit auri
et ceteri maneant inferius. fecit quod sic et asendit ad
aulam. Cumque ibi diu stetisset tandem aperta est camera
cuiusdam camere, et dixit ei quidam dne intrate
hic ad dnm nostrum Intrauit ergo solus cameram sed
non inuenit ibi pontificem. Verum cum diu expectasset,
pontifex non venit. Sed Alfuuinus venit cum tribus sociis
et dixit

et dixit ei. Dns noster mādat, ut nō recedans m̄s
de sua licentia, quo audito vehemēt expauit, et
quid solus inter ministros (in cū ut lupi rapaces
inspicientes) ageret ignorauit, et dixit ad eū. Qd
istud significat, ubi est dns meus, perducite me ad
eū. Si eni habet aliquid aduersum me audiā desup
eū, et si tūc nō potero excusationē sufficientē ptē-
dere merito suā. qui dixit ei Sitis contentus qua co-
templabis eum tempore suo. Illis aūt adhuc ibi ma- Alfuurmo
nentibus redijt idē Alfuurmo post spaciū unius mediç
horç et dixit ad eū dnē da mihi gladiū tuū, q̄ ferit
sic. Quo dato ait Alfuurmes Sequere nūc me, q̄a
sic placet dño nostro. Secutus ē ergo eū suprimo
ad quādā camerā in qua dormiebat pīma nocte.
Sequēti aūt nocte pductus est ad camerā cuiusdā
firmç turris et magnç et clauso fuerūt ostio abierūt.
Reynaldus q̄ dns de Bred nesciēs cur ista sibi
referebantur post admirationē nimiā orabat Deū
pro paciencia sciēs qm per multas tribulationes
oportet intrare regnū celorū. Igitur filij bastardi
eius cū famulis eiusdē nobilis Baronis ludebat inte-
rius cū pilis, quibus tandē dem̄ ē recedatis et ite

in oppi-

in oppidū ad hospitia vestra. q̄ cū nō vellent rece
sine coitu dn̄o, vocati sunt sagittarij oppidi vt cu
stodirēt castrū. Et sic filij bastardi et cēteri fa
muli compulsi sunt intrare oppidū, et hospitia sua
quibus sub fidei missione insuper mādat ne exeat

Ca. li oppidum. De captiuitate Ghisb' arch' cū ceteris

Huius itaque Reynaldi nobilis Baronis frēr Ghisbert9
archid9 quondam eccl'ie Traiecten̄ vt supe9 dictū est
pontificiū Traiecten̄ in electione canonica suū esset
tradidit illud per resignationē ep̄o Dauid a quo sibi
et frī suo patri multa mala inferūt. Vn̄ et idē Ghis
bertus dicere potuit: Nequid reddit mihi malū pro
bono, quia pontificium Traiecten̄ de iure meū et tibi
illud dedi. Quod aūt malū pro bono sibi reddidit p̄t
patet in sequētibus. Nā idē antistes captiuato
frē arch' Reynaldo dn̄o de Bred eodē sero cū tubi
cinis intrauit ciuitatē Traiecten̄ faciēs congregatio
nē ciuiū per pulsationē campane, q̄ d' die banck
clock. Ipse vero sup armaturā indutus veste blanca
de flueto in primis a plana ciuitatis venit in paruo
numero pugilū Ghisbert9 ergo p̄positus et arch9 ista
percipiēs venit et ipse ep̄o obuiā cū trecentis s' qua
dringentis viris armatis vt p̄suli si necesse fuerit

fecerit

ferret auxiliu nostres qa frater eius raptus esset ab eodem antistite. Salutavit ergo Ghisbertus epm et postea subiunxit dicens, ob quam caussam sunt ista, pacifica ne sunt oia. At ANTISTES pones MANUS SUAS super scapulas Ghisberti respondit propter te ista facio ut TRADAS TE MIHI CAPTIWM. Ait q illi date mihi inducias ut desup queram consiliu a fre meo ignorans quod raptus esset. Rndit psul et ait. Hoc no potest fieri qa ia habeo fratre tuu raptum. At ipse ut hoc audivit stupor irruit sup eu et ivit cu pontifice David ad palatiu eiusde psulis Arnias ipsu inducere verbis dulcibus rationibus ad liberatione dni de Bred fris sui, quod in oibus amicis suis displicuit, q libenter defendisset et eripuisset eu de manibus ~~suis~~ epi si ipse voluisset. Ghisbertus at archidiacon cu pervenisset ad palatiu stati captivatur et vinculatur in compedibus nec cpo loqui permissus e. Quievit ibi nocte illa. Eode etia sero banniti fuerunt a civitate Traiectensi oes famuli et commensales amboru nobiliu dominorum sed archidiaconi et dni de Bred. Altera at die ppe meridie epus Ghisbertu archdiaconum suu captivu in carcere

an pa

an palam̄ p̄fatū et permisit cū ibi ad tēp9
sic sedere in publico vt magis adhuc cōfunderetur
et etiā vt oībus spectaculū fieret. At archid positus
cū facie versus ecclesiā sti Martini, et sublevatis
oculis aspexit eā lacrimeq3 erumpebat ab oculis ei9
et valedicēs bto Martino totū se illi cōmēdabat post
hc cps cū Ghisberto archio perrexit ad Wyrdorstadiū
ubi fr̄ eiusdem tenebatur in custodia et locavit
iā dictū p̄positū et archid in camera alteri9 turris
eiusdē castri. Tunc consul Traiecten vocavit ad castrū
p̄fatū ex oppido oēs filios bastardos dn̄i de Bred. Sz
iuniorē Johannē qm̄a cleric9 erat, et ad sacerdotiū
tendebat, permisit quo vellet ire. Reliquos vero 4or
captivavit, et tenuit in carcerē tenebrū: in quo cum
fuissent per qnq3 dies cps permisit tres abire scz
Reinaldū, Henricū, et Johannē seniorē. Sed Walteramū
horribili vinculatū servavit in eodē carcerē.
Igitur cps vidēs qa ista placerēt mimicis auditoris
nobilem apposuit et Johannē de Amerōgē Sculte tum
Traiecten. quē cū apprehendisset in die aptoz Petri
et Pauli misit eū de Traiecto ad Wyrdorstadiū et
posuit eū i vinculis. Etiā libent captivasset Johanem
Burchgraviū de Montfort, et Jacobū de Nivelt et cæ-
terosq3 insignes amicos dn̄orū captivatoz, sed nō potuit
qnia

Amerongen

quos inhisit app-
hendere scilicet hos.
Montfort
Nivelt

quia videntes in p̄dictis dolū ei9 semp se abscōdabat ab eius p̄sentia. De tortura Walrami et Johānis de Amerogē C. 52

Porro David ep̄s Traiecten̄ cotidie cepit tractare cū adūsarijs dn̄i de Bred qualiter ipsū perderet. Et quia uehementia testimonia inuenire nō poterat ad ipōr procurandū, decretū ē extorquere causas, blandicijs minis et torturis a Walramo bastardo, Multifarie multisq3 modis investigantes interrogauerunt eū multis sermonibus. Qui cū nihil fateret² redierunt in vigilia Johannis baptiste cū tortoribus, et q̄sierunt primo 1 de homicidio ab eodē perpetrato sup̄ bilta de quo dictū ē sup̄ci9 ca 46. Ipse vero dicebat se illud fecisse sine scitu p̄ris, ^ et patrui sui cū Adulpho p̄incipe Gelrie contra David ep̄m et ducē Karolū fratrē eius Tercio q̄sierunt de conflagatione Isselstei, si nō sciret an 3 pater ei9 vel patruus consiliū vel auxiliū ad illud inferendū p̄buisset. Quarto q̄sierunt an nō sciret quod 4 q̄d p̄r ei9 fuisset intencionis mutandi consulatū et rectores in Traiecto tp̄e quo sacerdos q̄dā celebraturus esset p̄micias, Insup̄ et innumerabiles causas alias perq̄rebat, quas nimis plixum fieret ad narrādū nūc illud nūc istud investigātes. Cū ergo nil vellet confiteri

[margin: ^2 Sc̄dō q̄sierunt an nō sciret de cōsceratiōe p̄ris sui et patrui cū A]

horū

tiorn, quia nihil senserat aggrediunt cum tum tormentis in instante inclantes cum liganerunt cum atrociter sup quoddam scamnum in tantum, quod impressiones cordarum longo tempore retineret in corpore, et in cruribus suis, Torquebaturque immaniter nimis. At ille positus in tormentis dicebat, quid vultis a me scire. Et respondebat dicentes volumus affirmari de te omnia que proposuimus. Igitur sic diu tortus recesserat ab eo.

3° tortus Altera autem die que est nativitatis Johannis Baptiste iterum torquebatur, et in vigilia visitationis beate Marie et in die virginis Gloriose per infusionem aque iterum tortus est, non enim festivitati parcebat. Tortus est autem quasi innumerabilibus vicibus videlicet vel sic fere

ijs quinquagita vices cum diversis suppliciis ut ipsemet postea retulit. Aliquando enim semel in die digitis aliquot quater passus est sevissima tormenta.

Tandem variis penis compulsus est omnia confirmare, que ab eo querebant tam de patre suo quam de se ipso, de patruo suo, nec non de Johanne de Amerongen. nec mirum quia multis vicibus atrociter nimis tortus fuit in tantum quod multotiens reputaretur mortuus. Ceterum omnia que ab ipso tormentis extorserat valebat habere in scriptis per propriam eius manum, sed ad hoc eum nullis penis nec tormentis inducere potuerunt, unde ipsi

ipsi ea annotantes redigerũt in scriptis ut accusatio-
nẽ haberẽt adũsus nobiles sepedictos. Porro eodem
modo torquebat^r Johannes de Amerõgẽ absq3 ulla mi- Jo. Amerongẽ
sericordia et dicebat ei: Walramus confessus ẽ ista
et in cõfessionẽ tali decollatus ẽ. tu(?) ergo teneris
nobis manifestare veritatẽ. Sicut em̃ ille in cõfes-
sione p̃dicta mortuus ẽ, ita et tu in suppliciis morie-
ris nisi manifestaveris nobis traditiones tuas. Si-
mili modo etiã dicebant ad Walramũ de Johã-
ne, quod et ipse in tali cõfessione decollatus esset. Im-
mania ergo hi duo in suis corporibus pertulerũt
tormẽta ut heredes fierẽt in domo dñi. Scriptu-
rã aũt illã quã accipiebãt ab eis miserũt ad Karo-
lũ ducẽ, ut et ipse magis eis irasceret^r et mortis sẽ-
tentiã contra eos daret.

De evasione eiusdẽ Walrami Ca 53

Tunc Walramus in maxima angustia positus quod
ageret quo se verteret ignoravit õimodis. Cm vero
moribundus esset vulnus suũ, ad quẽ cõfugeret
apud quẽ deploraret dolorẽ suũ nisi corã piissima
matre salvatoris om̃. Quod et fecit. Quare et
ab ipsa liberari meruit, nã postq3 fecisset votum

bẽ vg

Imago Marie in Tienhonen

bte virginis imagine in Tienhoue sensit demceps sublenatione dolorum suorum. Qualiter autem mirabili cure in liberatus sit de carcere audiat ulterius dilectio vestra ad honorem eiusdem consolatricis Marie.
Erat cum positus in compedibus et sepius perijt habere recentia stramina, e quibus semper colligebat duriora et fortiora cum quibus tande aperuit seras de suis compedibus. Cum ergo cibaria sibi portabat ponebat se mutulus ministro vero egresso surgebat de vinculis faciebat forame in carceris cacumine. Videns igitur qua spes esset exorat btam virgine Mariam in hora egressionis eius, ut tanto commotio ventorum et aeris fieret, quod non perciperet factum suum auditu a custodibus castri, quod et ita factum est. Adueniente tande hora liberationis sue se totum bte Marie virginis patrocinio commendabat, et sic nutu dei in nocte post octava assumptionis Marie exsiluit de carcere. Cum staret extra carcere prope undecimam horam noctis, casu unus ministrorum pontificis aula exiuit ut suam effunderet urina. Quem cum Waltamus ingente audiuit stetit sub silentio donec ille ingrederetur. Post cuius recessum peruenit natando ad anteriore parte castri. Ipse vero ibi reperiens multa ligna assumpsit secum quoddam lignum cum quo posset trasnatare ferka ne impediretur in renibus spasmate. Et cum in via errasset et iterum

nerosse

necesse haberet transnatare fossata castri, ut super aggerem
veniret, venit natando prope cignos quiescentes, qui propter
adventum eius territi fecerunt grandem sonitum in aqua per-
mittentes alas suas, ut volaret ab eo. Castrenses autem audientes
sonum cucurrerunt, ex aula cum luminaribus multis ut vide-
rent quidnam esset, unde talis sonus fieret in aqua. Walra-
mus vero videns unum habentem manum suam candelis plenam
occultavit se cum silentio ne cognosceretur ab eis. At illi
videntes cignos natantes dixerunt ad invicem Walramo
audiente Cigni mutuo pugnaverunt. Quibus regressis
Walramus tunc melius cognoscens viam propter lumen osten-
sum pervenit cum nono super aggerem. Tunc cepit sagaciter
investigare, qualiter ad transnatandum Lecham commodius
posset pervenire, et cum ita quasi ad medium fluminis ad
prenominato nono natasset certe turbatio aeris non sinit
eum pertransire, quare reversus est cum magno periculo
ad aggerem. Et cucurrit sicut poterat quasi per unum mi-
liare, et venit ad domum cuiusdam habentis scaphas
pro transfretatione fluminis Lechi. Cumque excitasset
patremfamilias simulavit se sauciatum, et infirmum et ait
illi paterfamilias unde venis, qui ait de Ermingen ego ve-
nio ibi congregatio magna virorum hodie fuit et discor-
dantes

dantes in caussa nostra dire pugnatum est, et ego sauciatus sum. Timeo enim insequentes et capi ab eis, ideo rogo propter Deum sine mora a te transfretari. Et quia habebat adhuc omnem pecuniam suam, quia nondum adhuc erat penitus spoliatus extraxit de bursa sua denarium aureum et dedit illi dicens festina et ne tardaveris et adiuva me. Porro paterfamilias letus efficitur de aureo sibi dato et confestim preparans scapham dedit illi famulum suum ut transfretaretur et cum famulus laboraret in remigando Walramus cum cautela studuit accipere cultellos eius et dixit ei quo remigabis Ille ait versus oppidum Culenburch, ait autem illi non volo ibi esse sed volo ut remigetis in Hagensteyn, et dabo tibi pro mercede bonum denarium, quia volunt esse in domomio patris sui Sed cum servus ille nollet facere dixit ei dixi tibi quod habebis bonam mercedem si feceris, sed si immo nolueris consummabis hic vitam tuam. At ille ut hec audivit fecit secundum voluntatem suam, et perduxit eum in Hagesteyn et aperiens ibi bursam suam dedit ei bonum denarium sicut promiserat. Ivit autem ad domum sculteti, et primo quidem per vocem cognitus est a filia domus que dixit ad patrem Walramus drossatus est hic, qui ait insanis non enim est hoc possibile. Surgens igitur scultetus de lecto excitavit

omnem fa

Anno d. M XX Odilo abbas Cluniac cla
ruit cuius tpe quidam religiosus ab Hierosolis — hec prius occupa rat locum.
rediens in sicilia reclusi cuiusdam humanita
te recreatus didicit ab eo inter cetera: quod in
illa vicinia essent loca eructantia flammarum
incendia, que loca vocatur ab incolis olle Vul — olle Vulcani
cani, in quibus animę reproborum luant diuersa
pro meritorum qualitate supplicia: ad ea exequen
da deputatis ibi demonibus quorum se crebo
voces, iras, et terrores sepe etiam eiulatus audisse
dicebat plangentium. quod animę dampnatorum
eriperentur de manibus eorum per elemosinas et
preces fidelium: et hoc magis per orationes Clu
niacensium orantium indefesse pro defunctorum
requie. Hoc per illum Odilo capto constitu
it per oia monasteria sibi subiecta vt sicut
in primo die nouebris solemnitas oim sanctorum
agitur ita sequenti die nouebris solemnitas seu
memoria oium in Christo dormientium celebretur
Qui ritus ad multas ecclesias transiens fidelium
defunctorum memoriam solemnizari facit. Hic Odi
lo dum

lo dum a quibusdam argueretur: cur in delinquentibus tam misericors esset et non seuerus ait: Si damnandus sum malim pro misericordia quam pro seueritate damnari.

omnem familiam et construxerunt copiosum ignem, ut Walramus calefaceret, et calefaciens se et accipiens a sculteto vestes venit in crepusculo diei ad vianen oppidum narrans omnibus oppidanis quod acciderat. Walramus autem postmodum complens deuote peregrinationem suam, obtulit beatae virgini Mariae in Renhone peciam terrae valentem annue sex florenos renenses, et gratias excellentissimae virgini agens pro euasione sua redijt. Insuper et depingi fecit omnem modum euasionis suae in quadam asssere et posuit in capella ante imaginem virginis cunctis in testimonium rei gestae.

De tortura Reynaldi domini de Brederode.

Grande et pene imane facinus fuit tamen adeo dire Walramum bastardum tormentis ingenijs plectere ut quod vellet quae totius pectoris affectus diceret pontificis tamen accessit Neronis consilium quomodo, et ad eundem nobilem Reinaldum de Bred fatendum tormentis induceret. Cum igitur anni, dies in profestum Petri ad vincula venisset

die una

die vna iovis, phebo vero in occasu, nona hora aut circiter quatuor ingnitate pares: Phillipot Alfuns, Johannes Pauri et Tmanus Maerstalcus ingrediuntur cubiculum, quod dominus de Bred servabat, in cum vero sermone dirigentes dixerunt, Jussu domini Traiecten. aggredimur hoc breve portantes in manibus, et tibi dare habemus interrogata, Tunc questionum primum fuit de homicidio super biltam quod Walramus commiserat. 2um quod Ghelrenses ferrat incendium in Isselstey. 3um quod fedus misisset cum Adulpho iuniore principe Gelrie. Non, Nunc et ipse, et cum fratre suo Ghisberto preposito cum dies vna occurreret qua et quidam sacerdos suam primam Missam celebraret, destinasset in Traiecto consulatum mutare. Nec his contenti per omnia quam magis plurima verba addere et conficta. Verum et Walramum et Johannem de Amerongen etidem retulisse mentiti sunt. Mox idem nobilis Reynaldus taliter respondit sicut invenies in scriptis sue proprie manus de hac re, in cum non reperietur michi scitum fuisse unquam nisi post homicidium quod fecerat Walramus uno corde precepta et ex corde displicuit, quod et dum statio aures velleris alias fieret de hoc largus interrogabar. Reliqua vero puncta mihi singula nescita sunt penitus

quod fuerunt examinatores domini Reinaldi de Bred.

ad quod examinarunt et interrogarunt.

mtuo, et in hoc vincere et mori paratus sum, quod etsi
Walramus et Johannes de Amerongen ab his dissen-
tendo aliud voluerunt asserere, similiter me coram venire
ubi fuerint illi, et taliter facere non audebunt. Ipsi vero
hoc dominum zursum male ferentes in eum versi crudeliter
dixerunt nihil tibi adiutorio erunt compta hec verba
Et statim spiculator arcessitus comparsuit secum ba-
iulans, que ad torturam valeret propiusque accedens

Danci Johanne Danci extendendo manus indignas aureum
hoc vellus abstulit de scapulis suis, quod multo favore
honoreque multo illustrissimi quondam principis ducis Burgundie
Philippi velut emerito tradiderunt. nec hoc sufficit
spoliatus est vestibus suis direque ligatus funiculis in-
lesis in ligno torture seue tamque dire habundeque im-
pletus venter eius lympha, ut quasi exanimis loquelam
amitteret O rem insuetam et magno ultione dignam
virum nimoxium taliter ferire, que et hereditate paterna
et illustris sanguinis Hollandie attigit dedit indicium
aliorum. Sed quid? cum ius imperandi mereque susceperint.
nemo securus, nobilis, dives, pauper omnes lacerant? Cum
itaque sic maneret dominus de Breda visus est omnibus eis diem
ultimum clausisse mortuus putatus solent celer ignis
gradus costituit? Alfons accepta dum longam funiculam
circuiecit mortuo putatiuo, mox manus et brachia
afflicti

afflicti hois, digitis et palmis propriis agitando fricauit ipsi, ut spiritum rursus acciperet, et post etiā bundum et post continuos labores redimiens apparos vix potuit verbū promulgare Orem misisam et mandisā amplius Baronē nobilem sir et tam adeo penis ostulite consumere. Verbo igitur resumpto tā chari Baronis nec dū satiati iterū dederūt interrogata dicentes, Aut te sāmū tortures demū recipiet, aut dicere oportebit. Tum ille iniuria nimiū fatigatus rndit nulli aiō: vestrū ē et potestis e corpore spiritu exalare neqz et neci tradere potestis, sed que mihi nescita sunt penitus fateri nō possum. Dicitote et magis ipsi qd libet audire et ego libens loquar ad hoc. Tunc illi de homicidio, de incendio, de mito federe, et de mutādis in Traiecto. At ille hec vultis me dicere Ecce iudicem testor qui in animā meā latur⁹ ē Deus, quod oībus his nihil scitū est mihi neqz vel ān hodie de his audivi. Tum illi eu iterū patrezis. Et post hec stati tyrānisans macistratus manū accepit ut nobilem dūm torture secūdo traderet. Quod vidēs ille miles pyssim⁹ in xpm̄ se dirigens inestabile humili petitioē supplicauit dei amore et dilectioē eiusdem significaret epō ut ad se sese recipere dignaret cogitaret interea et

iterāt p̄dicta

si qd

si quid ad memoriam renovare poterit, exponeret illi.
Sum est tunc quia dies inceperat lucere, et ita e iuste, q

Phillipot

cum in tenebris egerunt oderunt lucem. Illo ergo mani
reversus est Phillipot asserens se omnia epo retulisse ex or
dine adiciens vltro, quia pontifex commiserat sibi et
ferre eius manu conscriptum traderet dns de Bred si
quid memoratus fuisset epo dicere. Tunc iterum ad eum
nobilis Reynaldus Et si pro eo mihi in pte rederet
integer orbis vt vnicum conscribere illi, non possum vel
verbum vnicum formare vt legeret hoc quispiam et hoc
audito recessit Phillipot. Sed cum de sero sol occubu-
isset, sena noctem nobili dno factum demum comparuerunt.
dixeruntque sibi quod omnibus eis vbis infestus fuisset pontifex
eo quod sine rei plena discussione, et sine intellectu
maiori redissent Apponentes vt in modo detegeret eis
quod epo retulissent. Tunc dns innoxius rndet si
cuiquam dno meo Traiecten referre quod nullum peccatorum in

hnmanitas dni de Brederode

me reperiet. Sed presto sum semper, et meliorare, et in
sinum eius dirigere reverenter, si quid in eum vnquam possum
deliquisse, et quod tunc fieri iussit libens amplecterer.
Et Phillipot ad eum, et quid dns imponeret tibi cum
nihil horum fateris. Tunc iterum Reynaldus nihil in
me reperiet vnquam Smat me impunitum istic donec
sum compleverit rursum integer annus, aut etiam sto.
et si

repperit veritate media in scitu aliud qz assentio
iam modo. Et tc singula rosero illi, q ab eo i feudu Costantia Reynalde d de Brot
teneo faciat et illustrmi Karoli feodatarios adesse
et ad morte, et tepetaliu penas me oibus illis obli=
gabo, et deda ad feodaliu amissione, ad distractio=
ne aliorum quorunqz titulo ea mea ius fererit i scito
isto. Si fuerit repertu aliqu aliquid costare de arti=
culis istis mebrati me diuidat, placet, et in tot frusta
mactet hoc corpus, quod iuncturas dedit illi natura.
et bonis oibus ablatis coniuge liberos sinat p terras
mgerra pane aliorum ostiasi pro victu quere. Et hi dic
res adhuc lectulo erat virius malesqz feres hoc opti=
mu zusum marscalcus migit, et cuncte tuc no te
minabit parabole, surge ad prisca iteru. Tercius ille
nobilis Baro venia petes in alteru usqz die dilatione
optauit, existimaret interea sanius, et si inuenerit
aliquid eis panderet libent. Tu illi mhil euades
talibus rem clarius edisserere debes. Tu nimia anxi=
etate perculsus innoxius dni acebat. Si expiraturu
nuo me vultis parno potestis si vobis pmiserit omi=
potens: Sum illi tuz negas, et Johanne de Amero=
gen et Walramus hec ea rotunde fatet. Et rete co=
parint

Randuuye paruit etiā ex partibus ducis Ghelriȩ Ghysberto
de Randuuye, qui satis intelligere dedit in timore
duce̅ Gelriȩ et te aliquid initu̅ fedus. Tu̅ iterum
ad eos dn̄s de Bred Conturbiuius aliqu̅ cu̅ dn̄o Adol
pho, vt et amicabilia verba interuenirent, sed neq̅ de
his scripta aut aliquid inuenirer, et cu̅ hac attestione
minus contentari possint considerās satis q̄ ad tortu
rā iteru̅ traheret seru̅ deliberās, satius habuit aliqu̅
falso cōponere, vt sic euaderet, q̄ mortis iteru̅ experta
re agoniā. Veru̅ et Philippo dn̄o de Cruboeck

+→ mgro Johanni de Haelnuyn Johāni dn̄o de Bergȩ
an Zoem postea et mgro Johanni Wael cōfessus
est timore penaru̅ se cōposuisse.

De tortura eiusdem adhuc. Ca 55.

Sed de his peractis du̅ dies dn̄ica fieret missaq̄
corā dn̄o de Bred fine haberet. rogauit ad se Phi
lipot vocari, at ventus, et amicissime sic affatur.
Castellane mi dn̄e missā audiui et inter celebrā
tis sacerdotis ~~vistam~~ manus Deu̅ regni celorum
vidi, per eu̅de̅ Deu̅ vobis assevero, q̄ et indicatu
rus est animā meā, etiā per p̄stitu̅ iuramētu̅ duci
Burgondiȩ, q̄r oē totu̅ q̄d dixeru̅ aliqu̅ cōposui cō
fixi, vt penas euadere coactus esto id ipsu̅ dn̄o trac

recten pandere in eum usque aliud non inveniet in veritate. Et Phillipot se libenter facere velle asserunt addens quod timeret, quod minus contentus consul maneret in illo responso.
Tertia feria cum dies misset in vesperum quatuor illi aggressi sunt pariter querentes an decisum eos haberet cum prius relata revocaret. iterum et admirandum est stati. Surge ad scamnum 2o oportet. Tum nobilis dominus. Vestrum est vitam demere potestio, sed in eum usque non reperietio aliter. At illi Surge ad penas iterum oportet. Tunc minores domines non committe morte me perdam, si ipsi vultis, hoc modo non est meum, impedire non possum. Tunc cum indigne de grabbato suscipientes et trahentes, et si quid in penis prius neglexerat crudelitas, nova excogitata malicia supplevit Tortures ergo traditur ligatur tam adeo in nobilem virum augetur sevitia, ut debilitata natura amplius preferre nequens sese purgaret superius, et quicquid in vite sustentatione acceperat, ad ultimum usque propter evomuit. Et post hoc aiunt ad eum dicere ne vultis. Tunc Baro minoratus tentus gravissime inquit. quid vultis me dicere. At illi iterum Johannes de Ameroge confessus est et Walramus de pace et vos negatio ~~Tunc nobilis Wal~~ ille

2o forgt 2

ille [ver]ba adhuc durissime habens aiebat. facitote hinc veniat ambo duo, et me auditore dicere no audebut. Et Phillipot sup gradus, q introitu mostrat sedes acutus gladio verbu replicavit. Tu inquit et dices hic nobis, et si ai ms duobus continuis, et nocte qualibet ludere sic tecu haberemus. Et certe Phillipot hec dices induts adhuc erat longa veste superius qua eu honoraverat Ghisbertus ppositus frater Germans dm de Bred hacce rotulerat, et nec sagiu acerbia minari erubuit. Audiens itaqz hoc crudele verbu nobilis miles supplicium veritus inquit. Veru e quod dixera vobis Johaes Danci iteru ad eu, post statim negabis rursus Tu inores dns, no facia hoc Danci iteru adiecit, vis et id ipm in fide militie rapere e meritus miles q nuqz dehonestaverat aureu calcar subticuit, nec ad hoc voluit verbu dicere sed tacito sup epia satis e petijt ut solveret eu, et quide certe, ligna quibus agedo speculator pdic sub scamno rosueverat cordas girare insisterat impius marscalcus in penaru augmetu ad tibeas superius locu habere ut plus nocerent rorogavit ipsu nobilis miles ut saltem et illa nocte eu amplius ligneret impunitu Et post valde diu de scamno solm vix pcibus obtinuit. Sut altera mane rcusi, quatuor illi lectores consilij ne dica lictores, et cu ipsis innoxius Baro qdam coposuit ut penas redimeret. Relata Phillipot

Phillipot

Danci

agedo

lipot redegit in scriptis nec ad dicentis mensuram omnique
contentus qui aut plus de bona tanta quanta exponeret
ille adiret, quod nec dns de Breda russamus mter scribendum
illi imputare. Sed quid illic simulare et silentio tegere
bonum habeo, ubi vis fortis legis vigore nec hoc ignorans
miles obmutuit quod oportebat. Et cum post ista itecum
recessisset silnit res usque in vigilia Bartholomei que
fuerat altera dies postquam recessisset Walramus viribus
ruptis. Timentes vero ne et tale quod de dno de Breda
contingeret venerunt et Phillipot et Alphons pluribus
sociati, dicentes dno Reinaldo, quod aliam cameram esset
occupaturus. nam et illam confringere, et reficere cogitaverat eps. tens ergo cum eis positus e in turri magna
superius vinctus ad tibeas bons duabus valde
onustis noctes diesque taliter agens hebdomadas quatuor: post hec dnum de Breda examinaturi Philippus bastardus Brabantie, qui et dns de Cenbeeck
et mgrs Johannes de Haelmin venerunt, et illis inspectis non opinabat aliud nobilis Reynaldus, quam et
cum tercio torture traderet. Motus saltem quia et quatuor illos adiectare viderat cum eis, qui sinus consueverant
penes se adesse. De omnibus itaque quesitis veritatem aperuit. Porro et hoc intraverat animum eius ubi Karoli

dns de Cenbeeck.

illustriss

illustriss' ducis Burgondię cōsiliū astare videbat magis plus morte eligere q̄ etiā l' semel parcere veritati. locutus ē aūt verū fatendo suā innocētiā, deinde reuersi sunt illi ad loca sua.

De liberatione Reynaldi dn̄i Bred de mandato epi

Tunc dux Karolus consiliū habuit cū principibus suis qd de dn̄o pdicto agendū foret. Manifestauit ergo eis scripta et narrata, principes ergo intelligentes qd per tantaa tormēta compulsus fuisset affirmare q̄ scripta erāt cogitauerunt sagacit', ne hoc forte contigisset ppt pœnarū acerbitate potius, q̄ propter culpe perpetrationē. Et ideo prudenti vsi consilio petierunt ab eod duce, vt dn̄s de Brederodē pduceret' an cōspectu eius et ipsemet ex proprio in cōspectu om̄ fateret' se reū esse l' nō, et illo modo iudiciū sumeret. Placuit aūt tale cōsiliū in cōspectu principis Karoli et misit Johanne dnm de Berge an Zoem, et mgrm Johanē de Haclum ~~properauit~~ cōsulem Hollandię ad Wyrdorestadiū vt dnm de Brederodē et Johanē de Amerongē

1471 inde perducerēt ad p̄sentiā pdictorz principū.

A° ergo dn̄ M cccc lxxi prope festū conversionis Sti Pauli Johannes dn̄s de Berge an Zoem cū mgro Johanē de Haclum properauit Wyrdorestadiū et manifestauit p literas epo Dauid mētē Karoli ducis de liberatione Reynaldi dn̄i de Brede. Eps cū his auditis

cogitauit

cogitavit primo extorquere causas prefatas ab eo coram an-
dictis nunciis Karoli cum tormentis ut et ipsi testes fierent
contra eundem Reynaldum. Instanter ergo dicti Traiectum
venerunt ad dominum de Breda Johannes de Bergen an Zoe
magister Johannes de Haelwyn cum Phillipot et insuper
habentes secum quendam notorium scriptorem. Tunc dominus de Ber-
gen requisivit a domino de Brede iuramentum sub fide om-
nipotentis dei vivi, et Christianitatis sue ac etiam in
fide ducis Burgundie prestita dicere veritatem de omnibus
ab eo interrogandis. Qui cum libenter animo sic iurasset
dominus de Bergen interrogavit eum multis sermonibus, ita
si etiam dominus de Breda fuisset orrisor patris domini de Bergen
non potuisset eum acrius et subtilius aggressus fuisse quia
modo blandiciis, et blanda suggestione modo terri-
bilissimis minis nitebatur eum alienare a veritatis
confessione. Qui tamen nolens a iusticie tramite
declinare dixit ei semper veritatem immo dicebat se in presen-
tia ducis Karoli clarius singula declaraturum, quia
ut sibi ex verbis eorum videbatur, non poterant tunc singula
plene omnia conscribere. Cum ergo duo dies sic scri-
bendo transisset ecce tercia die circa horam decimam an
prandium iterum venerunt et dixerunt ei dic nobis re manifestius
quia nisi clarius reseraveris oportet te ad torturam reddere

fuisset

Iussit enim Karolus dux ne usque ad extremum modum te examinari · quod merebantur. Nam ipsis nihil aliud commissum fuerat a duce Karolo, quam ut eum producerent ad presentiam ducis Karoli, et aliorum principum, ut ibi examinaretur ut predictum est, non autem ut ipsi eum in privato examinarent aut torture traderent, ex quo potest quod hec omnia propria temeritate et ratione mendice fecerunt quod tamen boni milites facere non debent, nam ratione iuramenti militaris potius tenentur innocentes et innocentes de manibus eos iniuste persequentium liberare et defendere. Isti autem contrarium hi fecerunt. ceteris omissis ne videar hec ex parcialitate conscribere. Vocatus est ergo speculator cum tormentorum generibus et scamno. Congregati sunt ergo speculator et tortores cuius aduersus eum ut viri fortes et sicut gigantes steterunt contra eum terribilibus oculis eum aspicientes. Tunc accedentes et irruentes in eum exuerunt eum vestibus suis et in scamnum misit eum super torture scannum sedere fecerunt. Et cum sic sederet sicut agnus in macello, et ministri crudeles inciperent apponere manus ad cruciandum dixit ei dominus de Bergen Reynalde noli negare veritatem, sed consule senectuti tue et si vera sunt, que relatu de te audivimus, manifesta nobis antequam paciaris dira tormenta. Cui Reynaldus de quibus placet audire

veritatem

veritatē: q dixit, de homicidio et cōspiratione cōtra
more pricipe Ghelrię, Rūdit et dixit Gradi iura-
mēto sum admirat9 exponere veritatē. Si nō vultis
adhuc credere ecce spiculator adestet, uno effusione
sanguinis mei si placet sigillabo vba mea, nō eni
vultis me mentiri, et nō vultis vbis meis dare fidē.
quid faciā vobis. Si veritatē dixero vobis qre nō
credidis mihi. Si dn̄s me9 Karolus dederit vobis au-
toritatē interficiendi, eā sine mora ostende ecce spicu-
lator adest nō timeo minas tuas neqz morte. Scio
eni statutū esse oībus semel mori. Tunc dn̄s de Bergē
et mgr Johannes surrexerūt, et ibant seorsū in angu-
lo eiusdē camere loquētes silent cū Phillipot et Ri-
scalco et redeuntes dn̄s de Bergē dixit ad eū dn̄e de
Bretl ecce ob honorē oīpotentis Dei et iuramenti pst-
ti parcem9 tibi modo vsqz dū reuenerim9. Interim
sis deliberat9, quia te ōmino oportet pandere veritatē
Qui respondet dixi vobis et nō creditis. Queratis nūc
et de oībus nūc ita bn̄ veritatē pandā sicut fuit, Ait
illi dn̄s de Bergē dixisti eni aliqn̄ in vi iuramenti
talia te fecisse. Quare ergo nūc negas. At ille negāt
dnē. Ecce iā assunt duo de tortoribus meis si aliquis

eorum

la duo copat

Assueratia Rex

coru̅ audet affirmare me talia aliq̄n cōfessu̅ fuisse
sub iuramento oīpotentis Dei, et in fide mea p̄nuta
ta articulos digitoru̅ meoru̅ detruncari. At illi ta-
cuerunt. Porro dñs de Bergē et mḡr Johēs de Haeltnus
videntes eius cōstanciā dimiserunt cu̅ ītorbi.
Post hec p̄paratis oībus q̄ necessaria fuerant in iti-
nere quia (eps̄ eum diucius servare nō auderet) soluit
dnm̄ Reynaldu̅ sepedcm̄ et Johannē de Amerongen
a captiuitate sua, et tradidit eos p̄dictis dn̄is. qui
iter aggredientes perrexerunt cu̅ eis ad oppidu̅ Bergē
an Zōe et deinde dn̄s de Bergē direxit iter versus
ducē KAROLUM. Sed tā diu in itinere tardauerat,
q̄d p̄nominat9 dux iā cu̅ magno exercitu cōtra
regē Francię et ciuitatē Ambianensem bella gerens
processerat. Quaobrē de bn̄placito eiusdē ducis est
Curtrāu missus dn̄s de Bred cu̅ Johanne de Amerōgē in Cur-
traciu̅ oppidum vt ibi expectarēt p̄dictu̅ ducē donec
reuerteret a bello in pace. factu̅ est q̄ cu̅ treuge essent
firmate inter regē et ducē tpē Maij p̄dicti anni
vt dux Karolus reūteret ad terras suas tunc p̄nos
